et azarias. Lec. iiii.

Et posuit eis prepositus eunuchorum nomina: danieli balthasar: et ananie sydrac. misaheli misach. et azarie abdenago. Proposuit autem daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis. neque de vino potus eius: et rogavit eunuchorum prepositum ne contaminaretur. Lec. v.

Dedit autem deus danieli gratiam et misericordiam in conspectu principis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad danielem. Timeo ego dominum meum regem qui constituit vobis cibum et potum. Qui si viderit vultus vestros macilentiores pre ceteris adolescentibus coevis vestris. condempnabitis caput meum regi. L. vi.

Et dixit daniel ad malasar. quem constituerat princeps eunuchorum super danielem. ananiam. misahel. et azariam. Tempta nos obsecro servos tuos diebus decem et dentur nobis legumina ad vescendum et aqua ad bibendum: et contemplare vultus nostros. et vultus puerorum qui vescuntur cibo regio. et sicut videris facies cum servis tuis. Infra ebdomadam. L.

Qui audito sermone huiusmodi: temptavit eos diebus decem. Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores et corpulentiores pre omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. Porro malasar tollebat cibaria et vinum potus eorum. dabatque eis legumina. Pueris autem hiis dedit deus scientiam et disciplinam in omni libro et omni sapientia: danieli autem intelligentiam omnium visionum et sompniorum. Completis itaque diebus post quos dixerat rex ut introducerentur: introduxit eos prepositus eunuchorum in conspectu nabuchodonosor. Cumque locutus eis fuisset rex: non sunt inventi de universis tales. ut daniel. et ananias. et misahel.

zacharias. Dominica quarta
mensis novembris ponitur
liber duodecim prophetarum. Et legitur
regis in adventu in feriali
officio. Incipit liber osee prophete.

Verbum c. i.
domini quod factum est
ad osee filium
beheri. in diebus
ozie. ioathan.
achaz. et ezechie regum iuda.
et in diebus ieroboam filii ioas
regis israel. Principium loquendi
domini in osee. Et dixit dominus
ad osee. Vade assume tibi
uxorem fornicationum et fac
filios fornicationum: quia for
nicans fornicabitur terra a domino.
Et abiit et accepit gomer
filiam debelaym. Et concepit
et peperit ei filium. Et dixit dominus
ad eum. Voca nomen eius ie
zrahel. quia adhuc modicum
et visitabo sanguinem iezra
hel super domum hieu. Et
quiescere faciam regnum
domus israel. Incipit iohel

Verbum domini propheta. c. i.
quod factum est ad iohel filium
phatuel. Audite hec senes
et auribus percipite omnes ha
bitatores terre. Si factum est istud
in diebus vestris. aut in diebus
patrum vestrorum. Super hoc filiis
vestris narrate. et filii vestri filiis
suis. et filii eorum generationi al
teri. Residuum eruce come
dit locusta. et residuum
locuste comedit bruchus. et
residuum bruchi comedit eru
go. Expergiscimini ebrii et fle
te et ululate omnes qui bibi
tis vinum in dulcedine. quoniam
periit ab ore vestro. Incipit

amos propheta. c. i.
Verba amos qui fuit in pa
storalibus thecue que vi
dit super israel in diebus ozie re
gis iuda. et in diebus iero
boam filii ioas regis israel
ante duos annos terremo
tus. Et dixit dominus de syon ru
giet. et de ierusalem dabit vocem
suam. Et luxerunt speciosa pa
storum. et exsiccatus est vertex
carmeli. Hec dicit dominus super
tribus sceleribus damasci. et
super quatuor non convertam
eum. eo quod trituraverit in
plaustris ferreis galaad,

amplius exhiberentur: omnis nobis
potentia monstraretur. Dei
quia tam diu ista diversitas va
luit: quod diu magis oratio defuit.
R. Moyses famulus domini ieiu
navit quadraginta diebus et xl
noctibus. Ut legem domini mereretur
accipere. V. Ascendens moyses in
montem synai ad dominum. fuit ibi
quadraginta diebus et quadragi
ta noctibus. Ut. Secundum iohannem.
In illo tempore. Abiit ihesus trans mare
galilee quod est tyberiadis.
et sequebatur eum multitu
do magna quia videbant signa
que faciebat super hiis qui
infirmabantur. Et reliqua.
Omelia sancti augustini episcopi. l. vii.
Miracula que fecit dominus
noster ihesus christus. sunt quidem
divina opera et ad intelligen
dum deum de visibilibus admo
nent humanam mentem. Quia
enim ille non talis substantia est que vi
deri oculis possit. et miracula
eius quibus totum mundum
regit. universamque creaturam
administrat. assiduitate vi
luerunt. ita ut pene nemo
dignetur attendere opera dei mi

ra et stupenda. in quolibet
seminis grano: secundum ipsam con
suetudinem servavit sibi quedam
que faceret oportuno tempore. preter
usitatum cursum. ordinemque nature.
R. Splendida facta est facies moy
si. dum respiceret eum dominus.
Videntes seniores claritatem
vultus eius. admirantes tim
uerunt valde. V. Cumque descendis
set de monte synai. portabat duas
tabulas testimonii. ignorans
quod cornuta esset facies eius ex con
sortio sermonis dei. Videntes. l. viii.
Et non maiora sed insolita
videndo stupent: quibus cotti
diana viluerunt. Nam
etiam maius miraculum est gubernatio
totius mundi: quam saturatio
quinque milium hominum de quin
que panibus. Et tamen hec nemo
miratur. R. Ecce mitto an
gelum meum. qui precedat te et
custodiat semper. Observa et
audi vocem meam. et inimicus
ero inimicis tuis. et affligentes
te affligam. et precedet te angelus
meus. V. Israel si me audieris.
non erit in te deus recens. p
neque adorabis deum alienum. e

ego enim dns. Obs. Lec. ix.
Illud mirantur homines: non
quia maius est. sed quia rarum est.
Quis enim nunc pascit universum
mundum. nisi ille qui
de paucis granis segetes creat.
Fecit quomodo deus. Unde enim
multiplicat de paucis granis
segetes: inde in manibus suis
multiplicavit quinque panes.
R. Attendite popule meus legem meam.
Inclinate aurem vestram in verba
oris mei. V. Aperiam in parabolis os
meum. loquar propositiones ab
initio seculi. Inclina. R. Vos qui
transituri estis iordanem. hedificate
altare domino. de lapidibus quos
ferrum non tetigit. et offerte super
illud holocausta et hostias pa
cificas deo vestro. V. Cumque intra
veritis terram quam dominus daturus
est vobis. edificate ibi altare
domino. De la. R. Audi israel precepta
domini et ea in corde tuo quasi in libro
scribe. Et dabo tibi terram fluen
tem lac et mel. V. Observa igitur
et audi vocem meam. et inimicus
ero inimicis tuis. Et dabo. R.
Sicut fui cum moyse ita ero
tecum dicit dominus. Confortare et e
sto robustius. introduces populum
meum ad terram lacte et melle
manantem. V. Noli timere quia
ego tecum sum ad quecumque per
rexeris. non dimittam te neque
derelinquam. Confor. R. Addu
xi vos per desertum quadraginta
annis dicit dominus. non sunt attrita
vestimenta vestra. Manna de celo
plui vobis. et obliti estis me di
cit dominus. V. Ego eduxi vos de
terra egypti. de domo servitutis
liberavi vos. Man. Ad lau
des. ait. Tunc acceptabis
sacrificium iustitie. si autem
facie tua a peccatis meis. Ps.
Mis. Cum rel. a. Bonum est
sperare in domino. quam sperare in princi
pibus. a. Benedicat nos deus
deus noster: et benedicat nos deus. a.
Potens es domine eripere nos de ma
nu mortis libera nos deus
noster. a. Reges terre et omnes populi lau
date deum. C. Fratres. Scriptum.
Ad Ben. a. Cum sublevasset ocu
los ihesus. et vidisset maximam
multitudinem venientem ad
se. dixit ad philippum. unde e
memus panes ut manducent
hii. hoc autem dicebat temptans

auferet spm principum:
terribili apud reges terre.
ãt. Et invocabimus nomen tuum
dne. aña. Tues ds. ps. dd.

Voce mea ad dñm clamavi:
voce mea ad deum et intendit
michi. In die tribulationis mee
deum exquisivi manibus meis
nocte contra eum: et non sum decep-
tus. Renuit consolari anima
mea: memor fui dei et delecta-
tus sum et exercitatus sum:
et defecit spiritus meus. Antici-
paverunt vigilias oculi mei:
turbatus sum et non sum locutus.
Cogitavi dies antiquos:
et annos eternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte
cum corde meo: et exercitabar
et scopebam spiritum meum. Nu-
mquid in eternum proiciet deus: aut
non apponet ut complacitior
sit adhuc. Aut in finem
misericordiam suam abscindet: a
generatione in generationem. Aut
obliviscetur misereri deus: aut
continebit in ira sua misericordias
suas. Et dixi nunc cepi: hec
mutatio dextere excelsi.
Memor fui operum domini:

quia memor ero ab initio mi-
rabilium tuorum. Et medi-
tabor in omnibus operibus tuis: et
in adinventionibus tuis et
exercebor. Deus in sancto via tua:
quis deus magnus sicut deus noster:
tu es deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem
tuam: redemisti in brachio
tuo populum tuum filios iacob et
ioseph. Viderunt te aque
deus: viderunt te aque et
timuerunt et turbate sunt
abyssi. Multitudo soni-
tus aquarum: vocem dederunt
nubes. Etenim sagitte tue
transeunt: vox tonitrui tui
in rota. Illuxerunt coruscat-
iones tue orbi terre: commo-
ta est et contremuit terra. In
mari via tua et semite tue
in aquis multis: et vestigi-
tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oves populum
tuum: in manu moysi et
aaron. ps. Attendite popule meus legem meam:
inclinate aurem vestram in
verba oris mei. Aperiam
in parabolis os meum: loquar

3a

propositiones ab initio. Quan-
ta audivimus et cognovimus ea:
et patres nostri narraverunt nobis.
Non sunt occultata a filiis eorum:
in generatione altera. Narrantes
laudes domini et virtutes eius:
et mirabilia eius que fecit.
Et suscitavit testimonium in
iacob: et legem posuit in israel.
Quanta mandavit patribus nostris
nota facere ea filiis suis: ut
cognoscat generatio altera. Filii qui
nascentur et exurgent: et nar-
rabunt filiis suis. Ut po-
nant in deo spem suam: et non
obliviscantur operum dei: et manda-
ta eius exquirant. Ne fiant
sicut patres eorum: generatio prava et
exasperans. Generatio que non
direxit cor suum: et non est credi-
tus cum deo spiritus eius. Filii
effrem intendentes et mittentes
arcum: conversi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentum dei: et
in lege eius noluerunt am-
bulare. Et obliti sunt bene-
factorum eius: et mirabilium eius que
ostendit eis. Coram patribus
eorum fecit mirabilia in terra e-
gypti: in campo taneos. In-
terrupit mare et perduxit eos: et
statuit aquas quasi in utre. Et
deduxit eos in nube diei: et to-
ta nocte in illuminatione ignis. In-
terrupit petram in heremo: et a-
daquavit eos velud in abys-
so multa. Et eduxit aquam
de petra: et deduxit tanquam flu-
mina aquas. Et apposuerunt
adhuc peccare ei: in ira con-
citaverunt excelsum in inaquoso.
Et temptaverunt deum in cordibus
suis: ut peterent escas animabus
suis. Et male locuti sunt
de deo: dixerunt numquid pote-
rit deus parare mensam in deserto.
Quoniam percussit petram et fluxerunt
aque: et torrentes inundaverunt.
Numquid et panem poterit dare:
aut parare mensam populo suo. Ideo au-
divit dominus et distulit: et ignis
accensus est in iacob: et ira
ascendit in israel. Quia non credi-
derunt in deo: nec speraverunt in
salutari eius. Et mandavit
nubibus desuper: et ianuas ce-
li aperuit. Et pluit illis
manna ad manducandum:
et panem celi dedit eis. Pa-
nem angelorum manducavit

3b

Ad uesperas a. Stetit ange
lus. cum rel. ps. Dixit dns.
Cum rel' in fine. ps. Confi
tebor tibi dne in toto cor
de meo qm. Ca. Significa
uit. yn. Tibi xpe. V. In conspec
tu angelorum. R. Adorabo. ad
M. a. Princeps gloriosissime
michael archangle esto
memor nri hic et ubique semp
precare pro nob filium dei all.
In sco. M. gordiani et epima
Da qs ops ds || chi. lect.
ut qui beator martirum tuo
rum. Gordiani et epima
chi. solempnia colimus
eorum apud te intercessionib
adiuuemur. P. lec. pa.
Rome in via latina. in
Reinuctio eius tē. nata
le scor gordiani et epi
machi. quos iulianus
imperator et apostata. inter
multos xpianos publi
cis custodiis mancipauit.
Btm aut ianuarium se
nem sacerdotem expbensiū.
quidam uicario gordia
no. audiendū tradidit.
Qui btm ianuariū || lc. ii.

patienter audiens: spu dei il
luminatus. credere cepit.
Quem protinus btus pbr
cum uxore sua mariana
noie. et familia prius scru
tatus numero quinquagin
ta tres. et eo amplius bap
tizauit. Quod factum audiens
iulianus. plenus ira dap
nauit inscriptionib; sciri
presbrum ianuarium. lec. iii.
Scm uo gordianum sum
militer dampnatum. in cu
stodia publica posuit. at
quidā clementiano qui uica
rium eius loco deteneat
tradidit. Uxorem pro eo cui
ad aquas saluias manē
precepit. in uico rusticorum.
Clementianus at ante tribunal
residens. btm gordianum
iunctum cathenis sibi pse
tari fecit. Ad suscorum. M.
nerei et archilei atque pancr
Semp nos dne tu. oro
martirum tuorum nerei et ach
lei atque pancratii foueat
qs bta solempnitas. et tuo
dignos reddat obsequio.
Rome in uico || lec. i. P.

ꝓtexati. natale scõꝝ mar-
tirum. nerei. ⁊ archilei
fr̄m. q fuerunt eunuchi
btē flauie domicille. v̄
quinq; cū ea apd' insulā
pōtianā longum p̄ duxe
runt exilium. Post mo-
dum ū a baureliano spō-
so domicille. q' ipa ob a-
more x̄ spreuerat. p̄o ubib
gtuissimis attriti. decute
monumo rufo ꝯsulari ꝯ
sunt traditi. lec. iii.

A Quo cū equuleo ⁊ fla-
mmis cōpellerent ad i-
molandū. ⁊ dicerent se a
btō petro ap'lo baptizatos.
nulla rōne posse ydolis
imolare. capite cesi sunt.
Qꝝ corpa rapuit auspici
discipl's eoꝝ. nutritor scē
ūginis domicille. Eo
dem die sci pancratii. lec. i.

U Ia aurelia miliario
scdo. natale scī panc̄-
tii mris. Q' cū eēt anno
rum xiii. mr̄ium capitis ꝯ
fessione sb dioclitiano cō
pleuit. Cui reuerendum
corpus. octauilla illustris
femina occulte nocte sub
latum. aromatibꝫ ꝯdit̄
sepeliuit. quarto idus
maij. In festo sci boni
fatii martiris. lec. i.

P Assio sci bonifatii m̄
tiris. sb dioclitiano ⁊
maximiano apd' tharsū
ciuitatē passi. ꝯ romē
in via q; latina nuncupa
tur sepl'ti. Q' cū eēt p
curator reꝝ cuidam ꝯ
nobil' matrone noīe
aglaē. ⁊ qui ea istrupro
miscerent. tandē utriūq;
diuino nutu ꝯpuncti.
ꝯsiliū h'uerūt. ut adire
quirendū corpa mrm bo
nifatius mitterent. si
quo inuenires at; obseq̄
tes eis p eoꝝ orōnes sal
uari mererentur. lec. ii.

P Erueniens ē p̄t dies
aliquot tharsum ci
tatē. dix ad eos q cum eo
erant bonifatius. Pur
euntes requirite nobis
hospitiū. ego aūt ibo ui
dere eos ualde desidero.
mrs certantes. Festi